

CCII.

- U. 16 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 334. f. per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus continet *Nicolai de Lira O. M. Partem alteram in N. T. feu Postillas in Epistolas Pauli, in VII. Canonicas, in Apocalypsin et Actus Apostolorum*. Titulus miniatus: *Scriptum Nico. De lira super epistolas ad Romanos*. Initium: *Ecce descripsi tibi eam tripliciter &c. Postillas has mox ab inventa Typographia pluries lucem adspexisse notum est. Ad calcem: Expliciunt actus apostolorum Ni. de lira. finiui in vigilia ambrosij anno 1454*. In theca anteriore Codicis notatum nomen donatoris *Thomae de Wuldersdorf*, ut in praecedentibus aliis.

CCIII.

- U. 39 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 293. f. per duas columnas probe exaratus, et rubricis distinctus, venditus olim a. 1465. a Conventu FF. Praedicatorum *Vien.* ad quem per *F. Innocentium Stingelbaymer* testamento Patru sui *Christiani Stingelbaymer Eccl. Ratisbon.* Decani devolutus fuerat, ad librariam *rubee rose* exaggerato 369. Librar. Denarior. pretio, ut p. 1. notatur, continet: *I. Nicolai de Lira O. M. Expositiones super Epistolas Pauli*, et typis proditas et a nobis jam saepe indicatas, quarum initium: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter &c.* et finis: *confirmetur in pre-*

senti et in futuro prestante domino nostro &c.

II. fol. 245. *Sequitur textus epistolarum Pauli*. Praesunt singulis brevia illa, ut in *Bibliis glossat. Argumenta*. Illud ad *Colossenses* incipit: *Colocenses et hij sicut laodicenses sunt asiani &c.* Unde arguo, spuriam ad *Laodicenses* Epistolam olim in *Epistolarum serie* semper eam, quae ad *Colossenses* est, praecessisse.

CCIV.

- U. 19 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 201. f. per duas columnas commode exaratus, rubricisque distinctus hunc praefert, minio Titulum: *Incipit Apostilla super Epistolas pauli Apostoli edita a fratre Nicolao de lira ordinis fratrum Minorum sacre Theologie doctore eximio*. Initium: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter &c.* Finis: *confirmare in presenti et in futuro prestante Domino nostro &c.* Post quae paene repetitur Titulus addito *Anno domini MCCCC &c.* Saepius haec cum in ipsis *Lirani* Editionibus, tum in *Bibliis glossatis* sub prelum revocata sunt.

CCV.

- U. 938 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 124. f. per duas columnas commode descriptus, coloribus distinctus et olim Collegii *S. J. Viennae* eadem *Postilla* complectitur, sed prima Folia deperiere ita, ut nunc initium sit ab *Epistolae ad Romanos C. VIII. v.*

16. *Ipse enim spiritus testimonium reddit &c. Ad calcem litera grandi: Explicit postilla super epistolam ad hebreos edita a fratre*

finito libro sit laus et gloria christo.

CCVI.

R. 1464 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 271. f. per duas columnas exaratus, minioque distinctus inscribitur: *Incipit prologus fratris nycolai gorre Ordinis predicatorum super epistolas pauli. Initium ejusmodi: Dedi te in lucem gentium — ysa. 49. Legimus Gen. I. quod fecit deus duo luminaria magna &c. Post Prologum prolixum: Incipiunt postille Reuerendi magistri nycolai Gorre fratrum Ordinis predicatorum super epistolas pauli apostoli. Et quidem sic: Paulus seruus ihesu christi. In principio hujus operis sicut et aliorum operum theoloyce quatuor specialiter solent inquiri que precedenti prologo demonstrata sunt scilicet quis autor. Quia apostolus paulus. Que materia. Quia doctrina ewangelica &c. Singulare, ipsos Ordinis Praed. Bibliothecarios T. I. p. 440. et p. 353. haerere, utrum haec Expositio Nicolao de Gorran, an Petro de Tarentasia tribuenda sit, Editionibus pro illo, Codicibus vero mss. pro hoc militantibus. Nec nostrum, tantas componere lites. Interim Jacobus le Gall ejusdem ord. Editioni, quam novissimam puto, a se Lugduni 1692. f. curatae fidenter Gorranii nomen praefixit. Non Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

Nicholao de lyra de ordine fratrum minorum deo gratias. Sacre theologie venerabili doctore.

memorant hanc Editionem praefati Bibliothecarii. In praesenti Codice tantum exponuntur *Epistola ad Rom.* utraque *ad Corinth.* et *ad Galat.* ferunturque plura ejusmodi Exemplarium, in quibus aliquarum tantum habetur Expositio. Autorem a. 1295. vix supersitem, quem saepe dicti Bibliothecarii de Gorran vel Gerrain dictum, et Gallum volunt, Tannerus diu post illos in *Bibl. Brit. Hibern. Lond. 1748. p. 333.* cum aliis Popularibus suis oriundum de Gorham in agro Hertfordensi Angliae facit.

CCVII.

U. 188 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 260. 4. currente calamo perscriptus et olim legatus pro libraria Collegij Theologorum et Artistarum in Vienna a M. Petro de Pulka continet ejusdem Commentaria scholastica in Pauli Epistolam ad Romanos praevia Introductione, quae incipit: *Lecturus Epistolas doctoris gencium egregij beatissimi pauli quasi cecutiens et sompniando aspiciens preclarissimum lumen diuine sapiencie in eis tradite pro eius aliquali recommendatione exordior per verba sompnij Mardochei dicens: Fons parvus creuit in fluuium maximum et in*